

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1886

1268 - 1269

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

denda. actum et datum in castris ante Selsam in crastino inventionis sancte crucis anno domini 1268.

S aus Straßb. St. A. AA art. 1395 or. mb. c. 7 sig. pend. laesis, quorum 4 delaps.

S 1 coll. ibid. or. mb. c. 7 sig. pend., quorum 3 delaps. Gut erhaltenes Siegel Friedrichs von Fleckenstein.

Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 252^b ibid. bei Wencker Appar. et instr. archiv. p. 178 nr. 2 = Laguille pr. p. 44; Schöpflin Als. dipl. I, 460 nr. 647. — Böhmer R. Reichs-sachen nr. 97.

18. *Ablaßbrief Albrechts des ehemaligen Bischofs von Regensburg für die
10 Straßburger Reuerbrüder. 1268 Juni 15 Straßburg.*

Albertus dei gratia quondam Ratisponensis episcopus dilectis sibi in Christo priori et fratribus Argentinensibus ordinis fratrum de penitentia Jesu Christi salutem et sinceram in domino caritatem. licet is, de cujus munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter serviatur, de habundantia pietatis sue, que merita suppli-
15 cum excedit, et vota bene servientibus multa majora tribuat quam valeant promereri, nichilominus tamen volentes reddere domino populum acceptabilem, fideles Christi ad conplacendum ei quasi quibusdam illectivis premiis indulgentiis scilicet et remissionibus invitamus, ut exinde redantur divine gratie aptiores. cupientes igitur, ut ecclesia domus vestre, in qua anno domini 1268 in festo beatorum mar-
20 timum Viti et Modesti, accedente consensu venerabilis domini episcopi Argentinensis, altare consecravimus ad honorem beate virginis, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam ipsam a die dedicationis, quam in dominica festum beati Johannis baptiste proximo antecedente ordinavimus
25 celebrandam, singulis diebus per mensem ac singulis dominicis revolutis mensibus per annum necnon et in anniversariis dedicationis altaris ejusdem perpetuo et in festivitibus gloriose virginis Marie, quam decet pre ceteris sanctis dignis obsequiis venerari, causa devotionis accesserint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi annum et quadraginta dies, omnibus quoque,
30 qui vobis quolibet tempore ad edificia vestra ac vite necessaria manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. datum in loco et tempore supradictis.¹

Juni 15

Juni 24

B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 6197 or. mb. c. sig. pend.

19. *Der Vogt und die Bürger von Basel gewähren den Straßburgern sichres
Geleit bis Mittfasten. 1269 Februar 5 Basel.*

Nos B[urkardus] advocatus dictus Vicedominus, H[einricus] magister civium
35 dictus Monachus consules et universitas civium Basiliensium promittimus vobis

¹ Auch für das Straßburger St. Katherinenkloster gibt Albert einen ähnlichen Indulgenzbrief (quadraginta dies criminum et annum venialium) 1268 Juli 7 Straßburg. or. mb. c. sig. pend. i. Straßb. Hosp. A. lad. 125 fasc. 14.